

Ye  
3654



V, 2.

VIRO  
SVMME REVERENDO, MAGNIFICO  
AMPLISSIMOQVE,

DN. PETRO  
MALMBERGIO,

SVDERMANNIA SVECO,

SS. THEOL. LICENTIATO,  
SAC. REGIAE MAI. SVEC. A CONFESSIO-  
NIBVS ET CONCIONIBVS PRIMARIIS, CON-  
SISTORII CASTRENSIS PRAESIDI, ET  
CONCIONATORVM CASTRENSIVM SV-  
PERINTENDENTI,

DE OMNIBVS HIS MVNERIBVS PRAE-  
CLARE MERITO,

SVM MOS IN THEOLOGIA  
HONORES,

D.  $\frac{xx.}{xxx.}$  NOVEMBR. A.  $\infty$  13 CCVI.

IN ACAD. VVITENBERGENSI  
RITE IMPETRATOS  
GRATVLATVR

ACADEMIA VVITENBERGENSIS.



VVITENBERGAE,

TYPIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACADEM. TYPOGR.



D<sup>iv</sup>ersas acies et castra minantia ca-  
stris  
Perque cruentatos dispersa cadaue-  
ra campos  
Fumantique uirum stillantes sanguine cristas  
Viderat Eusebie, summo perculsa dolore:  
Viderat infestis sacrorum foedere iunctos  
Et socios quondam populos concurrere signis,  
Cum tales madido profunderet ore querelas:  
Heu mihi, quo priscae uires, quo concidit illud  
Inuictum pietate decus roburque meorum!  
Non satis externus nostri concusserat hostis  
Munimenta gregis, si non discordia tristis  
In sua belligeras armaret uiscera dextras,  
Laetaque praerberet uanae spectacula genti?  
Siccine, quos simili natos complector amore,  
Perpe-

Perpetuae faeuis confument caedibus irae,  
Tamque truci, quibus in medio discrimine re-  
rum

Inconcuſſa ſteti, rumpentur uincula motu?

Quid iuuat, ex iſtis conflare tropaea ruinis,

Atque meos ueſtris gemitus miſcere triumphis?

Quin animos tandem concordi pace ligatis,

Auſpicioque meo iuncti communibus aris,

Omiſſis odiis, grato certatis amore.

His dictis, ſiluere tubae, Martisque reſedit

Impetus, ac tantum Diuae ſpreuiſſe dolorem,

Credidit eſſe nefas ueterum gens conſcia rerum.

Conuerſa eſt ſcenaec facies, deſaeuiit ira,

Mutua pacatae cœunt in foedera mentes,

Ipfaque paciferam Bellona oſtendit oliuam.

Quid mirum, haec, Vir Magne, tuum ſi copula  
pectus

Noſtro conciliat Pindo, cui ſemper amica

Sidera fulſerunt Boreae: communis utrique eſt

Vna fides, nullo belli mutata furore.

Inſignis doctrina tuum ſpectataque uirtus

Arctoas dudum diſfundunt nomen in oras.

Nunc

Nunc eadem nostrae miscetur gloria famae,  
Leucoreasque sibi deposcit iure coronas.  
Aduentu gauisa tuo, uelut omine laeto  
Explicat Eusebie uultus, frondesque resumit  
Depositae, primosque tibi decernit honores.  
Hinc plausus titulosque refers, ac pristina sen-  
sim  
Iubila prostratis sunt uisa redire Camenis.  
His igitur laetare bonis, tantisque perenne  
In seros extende dies uirtutibus aeuum.  
Quod si nostra etiam fuerint tibi gaudia curae,  
Magnanimum pergas Regem placare Miner-  
uae.  
Det Deus, ut stabili iungantur foedere dextrae,  
Aureaque unanimi decurrant secula genti!



Pon Ye 3654  
2<sup>o</sup>

ULB Halle  
001 500 791 3




sb

v. 178

v. 177

4. 11. 17







VIRO  
 SVMME REVERENDO, MAGNIFICO  
 AMPLISSIMOQVE,  
 DN. PETRO  
 MALMBERGIO,

MANNIA SVECO,  
 L. LICENTIATO,  
 MAI. SVEC. A CONFESSIO-  
 NIBVS PRIMARIIS, CON-  
 STRENSIS PRAESIDI, ET  
 TORVM CASTRENSIVM SV-  
 RINTENDENTI,  
 HIS MVNERIBVS PRAE-  
 ARE MERITO,  
 IN THEOLOGIA  
 ONORES,  
 NOVEMBR. A. ∞ 10 CCVI.  
 VVITENBERGENSI  
 E IMPETRATOS  
 GRATVLATVR  
 VVITENBERGENSIS  
 VITENBERGAE,  
 NI SCHROEDTERI, ACADEM. TYPOGR.

